

JOVA JUVA!  
DE  
THEOLOGIA  
DAEMONUM

SPECIMEN INAUGURALE THEOLOGICVM  
§. I.

Theologia  
quid?



THEOLOGIE vocabulum à gentilibus acceptum, Ecclesie usu vero sanctificatum, vi originis suae notare λόγον περὶ τοῦ ΘΕΟΥ, sive De DEO sermocinationem aut ratiocinationem, uti Αστρολογία de astris, Ανθρωπολογία de homine, Φυσιολογία de natura, & alia id genus nomina de aliis rebus mentis rationalis operas: id in vulgus notum.

est. Idem vocabulum num semper ita λόγον τοῦ ΘΕΟΥ notet, ut res eo signata non tantum περὶ τοῦ Θεοῦ occupata, sed & à DEO profecta & ad DEUM reducens intelligenda sit, etymologi saltem ratio non svadet. Ex usu vero communi in sua acceptum amplitudine notabit Habitum Potentia rationalis docendi, confirmandi ac defendendi ea, quae de DEO, ejus essentia, operibus, ac voluntate ipsi quomodocunque cognita existunt.

§. II.

Daemones  
quid?

DAEMONES à Δάω luceo, ardeo, disco, vel à Δαίμων scio dictos esse communissima est sententia, licet Eusebius (a) à δαιμόνιο timeo vel terreo nuncupatos malit. Pythagoræa Philosophia, notante Hierocle, (b) humanas animas veritate & virtute exornatas appellat δαίμονας, ὡς δαήμονας καὶ Ἰπισήμονας tanquam peritas & scientes. Alias profanis scriptoribus communissime notat medias inter DEUM & hominem naturas, gentibus religiose cultas, Deorum etiam nomine honoratas. Scripturae vero usu nunquam nisi malignos notat Spiritus, genios apostatas, & angelos ob non servatam originem ad tartara detrosos. Unde recte Augustinus (c)

per

STUM Redemptorischule